Bernardus de Arestot canonicus Urgell. Judex unicus subdelegatus a felicis recordacionis Reuerendo dno. Petro dei gra quondam Urgell epo. Judice
unico a sede aplica delegato. venabilibus et dilectis in xpo. dne Teresie d Orrea. dei gra priorisse monastery de Sexena. et conventui eiusdem. Salute
in eo qui est omnium vera salus. Vestram discretionem latere non credimus. nos in causa que vertitur seu verti speratur inter frem Petrum de Area procuratorem
venabilis fris. Bernardi d Miravallibus gerentis vices castellani Emposte ordinis hospitalis sci Johannis Jherosolimitani in Aragonia agentem ex una parte
et vos deffendentes ex altera sub nro examine. in vos et dem urm monastrium interdicti et excoicacionis sniam propter uram contumacia manifestam exigente
justicia promulgasse. Verum quia vos nrm mandatu immo verius sedis aplice cuius vices gerimus in hac parte atque sniam vel snias excoicacionis et interdicti quas in
vos et dem urm monastrium tulimus exigente justicia parui pendentes noluitis observare et in ura pertinacia diu persistitis et adhuc persistatis animo indurato.
nos itaque attendentes quod ad aliam penam judex potest procedere si hoc meruerit proteruitas contumacis. procuratore pdco hoc cum nimia instancia postulante
decreuimus proteruitate ura contumacia exigente. pdem castellanu Emposte vel eius vicem gerente ac suu procuratorem pdem fore mittendos causa
rei servande in possessione vel quasi subiectionis uri et dcti uri monastery habita prius sumaria cognicone in pmissis. Quare vobis dicimus et mandamus auc
toritate qua fungimur in hac parte in uirtute sce obediencie. quatinus ad exequendum dcm urm decretum seu sniam. dcm castellanu seu eius vicem
gerente siue suu procuratorem pdem. in dcta possione vel quasi sibi parendo et obediendo iuxta regulam hospitalis pdci. plenarie admitatis. Alioquin procedemus
contra vos ut gravius poterimus semper justicia mediante. In cuius rei signu. presentes litteras sigilli nri appensi. munimine duximus roborandas. Dat in
Civitate sedis Urgell. Anno dni. M. CC. XC. quarto. die que intitulatur. septimo Jdus Aprilis.:—

N. 28

15/7

1294-4-7

Mandato del sub delegado aplico a las mensas de xixe
na que se sus metan al castellon donde no que se proceda e a
echo en viget en abril año M cc lxxxxiiij

xixena

GOBIERNO DE ARAGON